Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cet illos mina mirabili. Et fiunt illis in uelamento diei: et in lu-
ce stellarum nocte. Transiuit illos mare rubrum. et transiuerunt illos
per aquam uiuam: inimicos autem illorum demersit in mare: et ab
altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impi
orum: et detraxerunt domine nomen sanctum tuum: et victrice ma
nu tuam laudauerunt pater dne ds nr. l. l. sapie.

Qui timent dominum. non erunt incredibiles uerbo illius:
et qui diligunt illum conseruabunt uiam illius. Qui ti-
ment dominum. inquirent que bene placita sunt illi: et
qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent dnm pa
rabunt corda sua: et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.
Qui timent dominum custodiunt mandata illius: et patientiam
habebunt. usque ad conspectionem illius. ad hebreos.

Fres. Rememoramini pristinos dies. in quibus illumi
nati magnum certamen sustinuistis passionum: in altero qu
tem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti: in altero
autem socii taliter conuersantium effecti. Nam et uinctis compassi es
tis: et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis: cog
noscentes uos habere meliorem et manentem substantiam.
Nolite itaque amittere confidentiam uestram: que magnam ha
bet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est: ut
uoluntatem dei facientes. reportetis promissionem. Adhuc enim
modicum aliquantulum: qui uenturus est uenet et non tardabit.
Iustus autem meus ex fide uiuit. ad hebreos.

Fres. Sancti per fidem uicerunt regna: operati sunt iusti
tiam: adepti sunt repromissiones. Obduxerunt ora
leonum: extinxerunt impetum ignis: effugerunt aciem gla
dii: conualuerunt de firmitate: fortes facti sunt in bello: castra
uerterunt exterorum. Acceperunt mulieres de resurrectione mo
rtuos suos: alii autem distenti sunt. non suscipientes redemp
tionem. ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alii uero iudi